HIERONYMUS
um 836/859 Seite 15r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sustinere. & in multis sanguinibus adduxis
se tempus ruinae suae; primũ omniũ sce
lerum prodo idola uenerata es & adorasti
opera manuũ tuarũ. & ad propinquare
fecisti tempus annorũ tuorũ. quod multo
tempore dicebatur & differrebatur ut
aggeres paenitentiam; o Tu aũ secundum
impaenitens cor tuum thesauri zas tibi
iram in die irae; idcirco dedite obprobriũ
gentibus. & in lusionẽ uniuersis terris
quae in circuitu tuo sunt. tam iuxta quã
procul; quae triumphabunt de te siue
illudent tibi sordida nobilis. grandis in
teritu. sordida quia munda esse desisti.
nobilis in malo. quae quondam in bono
cunctas urbes nobilitate superabas. gran
dis interitu. ut quanto sublimior eras tan
to fortius ruueres. & interim ut cetera p̃
ter mittam. pauca numerabo quae inte
fuerint; principes tui non iustitia sed
roboris & brachii fortitudine iudican
tes. fuderunt inte innoxiũ sanguinem.
Alii patrẽ & matrẽ contumeliis adfecerẽ.